

boc est, totâ rerum creatarum collectione, vi-
delicet cæli terræ, & omnium quæ in his con-
tinentur, ut in cap. 2. lib. de mundo ad Ale-
xandrum, quem Iustinus Martyr. & alij Ari-
stoteli attribuunt. Sic Ioh. 1. 10. Mundus per
ipsum factus est. Et similiter Act. 17, 24. Item
Eph. 1. 4.

Atq; in hac postremâ significatione nos in
præsenti tractari voculam mundi usurpabi-
imus; ei definitionem, causas, & affectiones
accommodaturi.

Quæstio. III.

**Quid sit mundus & an exactè
definiri possit?**

Mundi varie reperiuntur apud auto-
res varios definitiones: quarum la-
men pleræq; vel metaphorice, vel in aliud ali-
quod præceptum bonæ definitionis impingen-
tes; quales sunt sequentes ferè omnes exceptâ
ultimâ nostrâ.

Ciceroni Lib. 2 de nat. Deorum, mundus
est quasi communis Deorum atq; hominum
deorum aut urbs uictorumq;. In hac plurime
sensu